

mm latis, apice acutis, intimis longissimis, longe ellipticis, 8 mm longis, 1 mm latis, apice obtusis; omnibus extus glabris. Achaenia oblanceolata vel longe elliptica, compressa, 3 mm longa, 1 mm lata, facie costulis 4, margine late incrassata, apice in rostrum 1 mm longum subito contracta. Pappi setae externae e pilis brevissimis obscuris constantes; pappi setae internae e pilis numerosis tenuibus 4 mm longis efformantes; omnes albae.

Gansu (甘肃): Yuzhong (榆中), Xinglong Mt. (兴隆山), 1956-08-14, Huang He-Exped. (黄河队) 5958 (Typus, PE).

19 轮台鸦葱 新种

Scorzonera luntaiensis Shih, sp. nov. — *S. tau-sahyz* auct. non Lipsch. et Bosse; Shih in Act. Phytotax. Sin. 25: 41. 1987.

Species *S. parviflorae* Jacq. affinis, sed calathidiis minoribus, involucris anguste cylindricis 0.5 mm in diametro differt.

Herba perennis, 12—14 cm alta, tota glabra, radice verticicali, ramosa. 5 mm in diametro. Caulis erectus, gracilis, 1.5 mm in diametro, radicis collo vestigiis vaginarum foliorum oblecto. Folia radicalia leviter conferta, linearia, 1—2 mm lata, basi vaginaliter dilatata; folia caulina eis radicaulibus similia sed minora, in parte inferiore caulis praecique posita; omnia utinque glabra, apice acuminata, margine plana, nervis utrinque inconspicuis. Calathidia ad apicem caulis solitaria. Involucrum anguste cylindricum, 5 mm in diametro, eius phylla 5-seriata, exteriora ovata, 4 mm longa, 2.2 mm lata, apice acuta, media interioraque lanceolata vel longe lanceolato-elliptica, 1.4 cm longa, 2—3 mm lata, apice acuta; omnia extus glabra. Flosculi ligulati lutei. Achaenia matura ignota, juvenilia glabra. Pappi setae pro maximam partem plumosae.

Xinjiang (新疆): in itinere a Luntai ad Korlam (轮台至库尔勒途中), in locis humidis ad ripas, 1964-07-15, L. G. Zhu (朱格麟) 5359 (Typus PE).